



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 45. S. Clodoaldus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI.
A. C. 535.

*Sup. n. I.
Greg. III.
Hist. c. 18.*

§. XLV.

S. Clodoaldus.

Clodomirus a Burgundionibus anno 524. occisus, tres filios tenera ætate reliquit Theobaldum, Guntharium & Clodoaldum, quos Clotildis ipsorum A-
via Parisiis in suo conspectu educari cu-
rabat. Cum hos unice diligeret, timuit
Childebertus, ne ipsa instigante Reges
a populo proclamarentur. Igitur milis,
qui secreto Clotarium Fratrem suum
Parisios accenseret, ut communis consilio
decernerent, quid cum pueris agendum;
an abscissis capillis in plebis sortem es-
sent redigendi, an morte tollendi, &
Clodomiri Regnum inter se dividendum.
(Familiæ Regiæ hæc erat Prærogativa, ut
*ex ea progeniti promissos capillos nutri-
rent*) Clotarius comperto Fratris con-
silio latus Parisios venit, dum Childe-
berto jubente rumor de industria spar-
gitur, congregati Fratres Reges, ut Pupil-
los in solium eveharent. Ad Reginam
Matrem mittunt, qui pueros accenserent,
Reges proclamandos. Clotildis mulie-
bri lætitia exiliens, bene prius prandere
Nepotes jussos mittit ad Patruos, adje-
ctis his verbis: *Filii mei jacturam non
fentiam, si vos in Solio ipsius sedentes
confexero.*

Ubi

Ubi ad Patruos pervenerunt, com- Sæculum VI.
 prehenduntur, a famulis & Moderatori- A. C. 535.
 bus avelluntur. Tunc vero Childeber-
 tus & Clotarius Arcadium exploratæ fi-
 dei hominem ad Clotildem cum forvi-
 ce & nudo gladio mittunt, jubentque
 dicere: *Reges filii tui interrogant, quid
 his pueris fieri velis; an eligas, ut abscis-
 sis capillis vivere sanantur, an ut ambo
 jugulentur.* (Nam duo tantum ætate
 maiores capi potuerant, & tertium fidi
 homines periculo eripuerant) Clotildis
 hoc Nuncio exhorrens atque doloris si-
 mul & iracundiæ impetu abrepta exclamavit:
*Si regnare non permittitis, male
 videre mortuos quam tonsos.* Arcadius
 improba sedulitate ad Reges reversus
 ait: *Facite, quod decrevistis.* Consen-
 tit Regina. Illico Clotarius Theobal-
 dum Nepotum suorum natu maiorem
 decennem brachio arreptum & humili-
 afflictum sica infra axillam perforat &
 interimit. Fratris ejulatu perterritus
 Guntharius septennis ad Childeberti
 pedes provolutus amplexusque genua
 inter copiosas lacrymas clamabat: *Ca-
 rissime Pater! probibe! ne occidar, sicut
 frater meus.* Childebertus vultu lacry-
 mis madente ad Clotarium conversus
 ait: *Frater mi! rogo te, ut amore mei
 huic pueru vitam dones. Quidquid in vi-
 cem petieris, lubens dabo.* At Clotarius Clotarii

L1 3

super-Furor.

Sæculum VI. superante rabie respondit: *Puerum mihi
A. C. 535. cedes, aut tu pro ipso morieris. Tu me
buc adduxisti! & tam subito mente mu-
tata fidem frangis?* Childebertus pue-
rum rejicit, quem Clotarius apprehen-
dens trepidantis latus eadem sica, qua
fratrem confoderat, haurit. Tum con-
scenso equo, ac si nihil mali adeo fecisset,
revertitur. Childeberto quoque ad
prædia sua digresso, postea Clodomiri
Regnum partiti sunt. Ita impletum est
*Sup. n. I.
Greg. III.
hist. c. 6.*
Vaticinium S. Aviti Abbatis Miciensis,
dum Clodomirum Regem cohibere co-
nabatur, ne Sigismundum, & liberos e-
jus necaret. Clotildis Regina Nepotum
suorum corpora Sarcophago immissa lu-
ctu ingenti usque ad Ecclesiam S. Petri
sequebatur, ubi inter Psalmorum cantus
sepulta sunt. Exinde Regina Turonem
se recepit, ubi reliquos vitæ annos in o-
ratione continua, vigiliis, & omnium
virtutum operibus transfigit. Præter
eleemosinas, quas privatis largiebatur,
etiam Ecclesiis, Monasteriis & omnis ge-
neris Domibus Pietatis causa fundatis
agros munifice donabat. Tandem annis
& meritis onusta Turone Sedente Epis-
copo Injurioso circa annum 545. ex hoc
mundo abiit. Corpus ejus Parisios trans-
latum atque a filiis ejus Childeberto &
Clotario in Sanctuario ejusdem Ecclesiæ
S. Petri pone Regem Clodoveum Ma-
ritum

ritum sepultum est. Hæc est S. Geno-^{gæculum VI.}
vesæ Ecclesia, quam Clotildis ædificave- A.C. 535.
rat. Reliquiæ ejus hodieque ibi exi- ^{Mart. Rom.}
stunt, atque Ecclesia 3tia Junii ipsius Me- ^{3. Jun.}
moriæ honorat.

Clodoaldus junior Clotarii sœvitiæ ^{Id. III. c. 18.}
ereptus capillis sua manu sibi abscissis ^{Att. SS.}
Mundo valedixit, & ad S. Severinum ^{Ben. p. 137.}
prope Parisios in Cellula inclusum se con-
tulit. Habitum Monastico ab eo accepto,
iisque, quæ sibi de Bonis paternis relictæ
fuerant, in Monasteria & Ecclesiæ col-
latis, rigidam admodum Monachorum
vitam duxit. Deinde ut laudes homi-
num fugeret, essetque ignotus omnibus,
in Provinciam peregrinatus, diu ibi man-
sit. Non nullis editis miraculis Parisios
reversus & maximo omnium gaudio ex-
ceptus rogante populo ab Eusebio Epis-
copo circa annum 551. Presbyter ordi-
natur. Tandem *S. Cloud*, (ita enim ver-
nacula nostra Clodoaldum vocamus) ex-
tructo Monasterio in loco, quem *No-*
gent dicebant, leucis duabus infra Par-
sios in ripa Sequanæ sito, post vitam san-
ctam anno 560. migravit ad Dominum.
Monasterium posteriore ætate in Eccle-
siam Collegiatam mutatum Sancti Reli-
quias conservat, & locus ab ipso Nomen
habet. Ecclesia S. Clodoaldi memoriam ^{Martyr.}
septima Sept. colit. Primus is est, qui ^{7. Sept.}

L1 4 ex

Sæculum VI. ex Genere Regum Francorum Sanctis
A. C. 535. accensetur.

§. XLVI.

Monasteria in Galliis.

Greg. vit. Jam illa ætate in Galliis florebant plu-
PP. c. 5. rima Monasteria, & Sancti Anachore-
tæ, ex quibus, ne longus sim, tantum
celeberrimos memorabo. Civitas S. Por-
ciani in finibus Arverniae & Agri Borbo-
nensis posita originem suam debet cui-
dam Monasterio, ad quod Porcianus
barbari Domini mancipium sæpe confu-
giebat, ut se furentis Heri crudelitati
eriperet. Tandem in eodem suscep-
& ob vitæ merita Abbas electus est. Cum
Viri Virtutes & Miracula eidem apud
Regem Francorum Theodoricum in Ar-
vernia anno 525. bellum gerentem Ve-
nerationem peperissent, Rex ipsius pre-
cibus multis captivis libertatem reddi-
dit. Ecclesia S. Porciani Memoriam ho-
norat 24. Nov. sed ipsius Abbatia annis
ab hinc octingentis in Prioratum Benedi-
ctinorum, Abbatiae Turnensi subiectum,
redacta est. Monasterium quoque Com-
brundense in Arvernia in Prioratum
Abbatiae Menatensis in eadem Provincia
mutatum.

Mart. Rom.
24. Nov.

Hæc Abbatia jam Clodoveo regnan-
te fundata Magnorum Sanctorum, atque
inter alios SS. Calasii & Aviti Semina-
rium